

bleibt. Denn weder in diesem Gemälde noch in irgend einer Replik — die Darstellungen aber stimmen im Wesentlichen überein und weisen auf ein Vorbild zurück — sieht man etwas das der Redewendung *fricat ipsa Miconem Pero* entspricht, diese im strengen Wortsinn genommen: höchstens scheint das Weib einmal mit ihrer Hand den Kopf des Alten näher an ihre Brust zu drücken. Die Wendung wird darum eher metaphorisch zu nehmen sein, aus jener Uebertragung herzuleiten, welche bei *refricare* so früh und häufig ist, in weiterem Sinn von aufmunternder lebenweckender Bewegung, Erregung zu verstehen. Man kennt den Wortwitz des Petronius: *magis expedit inguina quam ingenia fricare* und den obscenen Gebrauch des Verbums. Hierin liegt, wenn ich nicht irre, der Schlüssel für jene Wendung: *fricat ipsa* und das Schlusswort *pudor* geben dem Epigramm eine lüsterne Spitze, welche wie gegen Ovids erotische und die priapischen Gedichte gekehrt von den Liebhabereien und dem litterarischen Dunstkreis der Zeit zeugt. Die Zeit des Epigrammatisten dürfte eben die zwischen Ovid und Petron sein; schon gilt die Regel den Pentameter mit zweisilbigem Wort zu schliessen, aber *Pero* V. 6 mag lieber im ersten Versfuss sich breit machen als die Verkürzung von *Naso magister erat* nachahmen. Denn dass die Verse nicht für jenes eine Bild, nicht erst in Pompeji gemacht sind, dass vielmehr alle welche in Rom oder anderswo damals das Gemälde von Pero und Mikon bewunderten (Val. M.), auch jenes Gedicht dazu haben lesen können, dies steht von vorn herein, denk' ich, ausser Zweifel; aber es fragt sich, ob in einem Buche und in welchem, ob schon der pompejanische Dilettant eine ähnliche Sammlung lateinischer Epigramme über Kunstwerke hat benutzen können, wie späterhin für diesen und jenen Auszug die Redactoren der lat. Anthologie; von griechischen Epigrammen derart existirte längst mehr als eine.

B.

F. B.

Cyriaci Anconitani epistula inedita.

Ernestus Spadolini meus, professor Anconitanus, qui laudabili studio denuo bibliothecas perscrutatus est, ut novi quid proferret de vita civis sui clarissimi Cyriaci Anconitani cuiusque librum de Cyriaco coronatum praemio societatis, cui nomen est *regia deputazione di storia patria*, adhuc exspectamus, nuper reperit in codice Laurentiano 60 epistolam hanc Cyriaci, quam edendam mihi comiter tradidit:

Kiriacus anconitanus ad Paulum pergulensem philologicum clarum atque integerrimum virum. Quom hisce diebus una nostro cum viro nobili Zacharia Contareno Patavina sua rura petentes Venetiis solandi animi gratia concederemus, postquam homines inter agrestes inculta silvarum simul et agrorum culta lustravimus, alii per dumos pict(i)s quaeritant avibus aves, alii quidem aescatis sub undam hamis varigenos laqueare pisces sua pro vo-

luptate curabant, nempe amini praestantiores, alii ad altos per invi[et]a lustra colles orthoceros insectari cervos aprosve setigeros plerisque venalibus armis canibusque percurrunt. Ego sedenim interea (u)t non omnes diei horas omni ex parte vacuas amitterem utque non me meis totum et inexpertem curis viderem, dum graeca librorum fragmenta, quae aliqua mecum (in) Italia(m) nuper ab insula phaeacum adduxeram, lectitarem, in eum incidi libellum quem brevissimum de virtute conscripserat Aristoteles, ille philosophorum egregius. At et cum is eo tanto paucis exarare litteris conscripsisse(t) ea de[m] inclita re cuiusce quae omnibus partibus quae humanarum tanquam et divinarum rerum omnium summa est, ut latinis non foret ignotus, praedigne tuo nomine transducendum curavi. Igitur hisce latinum benevolentiae tue mitto, ut ad quem semper virtutum, alumnae philosophiae cultorem exornatoremque esse cognovi. A qua qui penitus disciplina alieni sunt, Platone auctore que maestam et lugubrem vitam agere exploratissimum est. Vale et virtutem ipsam Aristotelemque tuum lege.

Aristotelis de virtute libellus incipit felix Laudabilia quam sunt quaeque bona, vituperabilia vero quaeque turpia sunt. Bonorum itaque existimantur virtutes, turpium autem malitiae. Laudabilia utique sunt et causae virtutum etc.

Hactenus Cyriacus, cuius de codice suo Aristotelis Corcyrae empto laetitiae non invidemus. Revera autem Aristotelis ille libellus de virtute nihil est nisi dissertatio illa Pseudo-Aristotelica περὶ ἀρετῶν καὶ κακιῶν Arist. ed. Bekker II 1249—51, quam totam in usum suum vocavit Andronicus Rhodius quamque in eo edidit novis codicum subsidiis usus C. Schuchhardt 'Andronici Rhodii qui fertur libelli περὶ παθῶν pars altera de virtutibus et vitiis (Darmstadiæ 1883). Cyriacus emit codicem saeculi XV, ut puto, non differentem a multis illius aetatis codicibus, qui commentationem illam continent, enumeratis partim a Schuchhardtio p. 12. Lectiones Cyriaci exscribere inutile esse cognovi, quae congruant omnes cum consensu codicum illorum recentium, quem editor in adnotatione critica dedit.

Cum igitur ad textum opusculi illius constituendum nihil proficiamus, restat ut de epistula ipsa pauca addamus. Paulum Pergulensem, philologicum doctum, ad quem data est epistula, Cyriacus ipse in Itinerario, quod vocatur (ed. Mehus p. 19) nominat inter fantores suos Venetos. De eo mihi scripsit Spadolini: Paulus Pergulensis, suae aetatis princeps philosophorum (cod. Vatic. 6292 f. 188), lector publicus philosophiae Venetiis fuit anno 1451 et pensiones recipiebat a Procuratiis; scripsit Logica sive compendium logices (Venetiis 1481) et de sensu composito et diviso libellum (Venetiis 1500).

Epistula scripta est anno fere 1435. In itinerario enim modo indicato sive relatione Cyriaci ad papam Eugenium IV de peregrinationibus suis, confecta anno 1441, leguntur in ea parte, quae de itineribus annorum 1434 et 1435 refert, haec (p. 29): 'Inde

(sc. Verona) vero Cenomanos per campos et Euganeos colles Patavinum ad agrum Zachariam conterraneum (leg. Contarenum) necessarium nostrum sua rura colentem convenimus, ubi postquam homines inter agrestes' . . . Sequuntur prorsus eadem verba atque in epistulam recepit usque ad 'exploratissimum est' nisi quod quaedam postea mutata sunt, e quibus adnotare placet verba haec in epistula corrupta: 'At et cum is tam paucis exarasse litteris conspiceretur, ea de inelyta re, quae tam divinarum quam humanarum rerum omnium summa est, ut Latii non foret ignotus, praedigne Paulo Pergulensi . . . transducendum latineque transmittendum, curavi, utpote quem' . . . Epistulam igitur ex itinere locis his emendare possumus: invia (invicta), ut non (et), inexpertem (inexpertum).

Alterum exemplum eiusdem epistolae descriptum anno 1442 manu Giovanni Petri Pauli Anconitani in codice Vaticano Ott. 1353, f. 429 extare De Rossi Inscr. Christ. II 362 adnotavit. Cyriacum denique familiarem Contarenorum fuisse, etiam aliunde demonstrari potest, quod alio loco, ubi de titulis ab eo Patavii collectis sermo erit, exponemus.

Hamburg.

E. Ziebarth.

Berichtigung

O. E. Schmidt sagt im Rhein. Mus. 1900 S. 387: 'Niemand kann es mehr bedauern als ich, dass ein frühzeitiger Tod Lehmann gehindert hat, uns die versprochene Ausgabe der Atticusbriefe wirklich zu liefern. Denn diese würde den Beweis erbracht haben, dass seine italischen Handschriften einen nennenswerthen Ertrag für die Textgestaltung nicht ergeben. Das hat Lehmann selbst schliesslich gefühlt und in der Vorrede zur sechsten Auflage der 'Ausgewählten Briefe' (Berlin, Weidmann 1892) ausgesprochen, er hat aber auch, was noch viel schwerer wiegt, seine mit so viel Mühe zusammengetragenen Kollationen während seiner letzten Krankheit verbrannt.'

Die zweite Hälfte dieses Passus bedarf einer dreifachen Berichtigung:

1. In der von O. E. Schmidt erwähnten Vorrede sagt Lehmann wörtlich: 'In der Textgestaltung der Atticusbriefe hätte ich auf die neuen Handschriften mehr Rücksicht nehmen und zB. X 8, 6 auguria — quaedam und I 19, 1 sino absque argumento schreiben können. Ich habe es nicht gethan, weil ich den Fehler meiden wollte, in den leicht verfällt, wer zuerst neue Handschriften ans Licht gezogen und die grosse Mühe der Textvergleichung auf sich genommen hat: denn die Freude am neuen Erwerbe verleitet oft dazu, die bekannten Textesquellen gering zu schätzen.' In diesen Worten ist nicht das Bekenntniss enthalten, dass die neuen Handschriften einen nennenswerthen Ertrag für die Textgestaltung nicht ergeben, sondern der Vorsatz aus-